



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in  
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria  
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro  
potissimum occurentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S.  
Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, &  
singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione  
praecedentibus duobus Tomis primum additus

**Chokier, Érasme de**

**Coloniae Agr., 1684**

Decisio XXI. In hac Decisione tractatur, quandò Episcopus in suos  
Diœcesanos exercere possit omnimodam iurisdictionem adversus  
prætensam exemptionem, & de viribus transactionis super exemptione.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61921](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61921)

DECISIO XXI.

In hac Decisione tractatur, quando Episcopus in suos  
Dioecesanos exercere possit omnimodam jurif-  
dictionem! adversus præsentam exemptionem,  
& de viribus transactionis super exemptione.

Reverend. P. D. Vicecomite.

Tirafonen. jurisdictionis.

Veneris 14. Decembris 1663.

*Est inter  
recent.  
decis. 115.  
par 14.*

SUMMARIUM.

- 1 Ordinarius exercet jurisdictionem in omnes subditos, quamvis in viros.
- 2 Episcopus potest residere in quacunq[ue] parte sua dioecesis.
- 3 Episcopus licet pluribus presit Ecclesiis, dicitur unus Pastor.
- 4 Preses duarum provinciarum, in una residendo, exercere potest jurisdictionem in omnes.
- 5 Actus jurisdictionales, quinam dicantur.
- 6 Dignitates Ecclesiarum conferuntur à Sede Apostolica.
- 7 Immemorabilis inducit presumptionem melioris tit. de mundo.
- 8 Immemorabilis interruptitur per solum rumorem in contrarium, etiamsi mille actus pro ea concurrant, & datur ratio, ut num. 9.
- 9 Testes ad immemorabilem probandam, cuius atatis esse debeant.
- 10 Testes examinati lite pendente, & parte non citatâ nihil probant.
- 11 Confessio emanata ex supposito partis nihil probat.
- 12 Episcopi confessio voluntaria, & nullo iure cogente facta nihil probat, & datur ratio, ut num. 14.
- 13 Consensus Cap. Ecclesia Cathedralis intervenire debet in transactione cum Eccle-

M 2

E.

- Ecclesia subdita.*
- 16 Concordia inter duas Ecclesias est à Sede Apostolica confirmanda.
- 17 Confirmatio Apostolica per triginta annos non presumitur, sed requiritur centenaria, quod fallit, ut numer. 18.
- 19 Vicarii generalis constitutio dependet à voluntate Episcopi.
- 20 Appellatio à Vicario ad Episcopum non datur, sed ad Metropolitanum.
- 21 Prescriptio non cadit in facultativis, quod amplius, ut numer. 22. & 23.
- 24 Prescriptio quando cadit in facultativis, quod declaratur, ut numer. 25.
- 26 Vicarius foraneus ob longinquitatem constitui potest.
- 27 Curare sufficit illum, ad quem desinitio generaliter spectat, & numer. 28.
- 29 Actorum integra non transmittitur incuri à Notariis non praesudicatur.
- 30 Error Notarii parti non praesudicatur.
- 31 Commissio nova in causa veteri non est necessaria.
- 32 Rota auditorum respectu omnium dicitur unum tribunal.
- 33 Nova causa commissio ex abundantia nulliter impetrata, an efficiat nullam sententiam, & numer. 34.

**E**piscope Tirafonen. decreta fuerat omnimoda jurisdictio in Calatajubeni ubique exercenda per se ipsum, vel suos Vicarios foraneos virtute sententiarum coram R. P. D. meo Albergo alteram confirmantis R. P. D. mei Tazae, verum iidem minime acquiescentes, causam à Signatura mihi deferri curaverunt, & dubio hodie disputato, an sententia Rotalis sit confirmanda, pro confirmatione D. D. responderunt.

Jurisdictio siquidem Episcopo in suis competit diocesanos, cum autem Calatajubenses esse tales respectu Ordinarii Tirafonen. inter partes non controversatur, utique ipse jurisdictionem in eisdem, quamvis iuvitos exercere valet, cap. de Xenodochus & cap. cum venerabilis de relig. dom. cap. cum Episcopus de officio ordin. lib. 6. cap. cum persona de priv. ubique norant omnes eod. lib. cap. omnes Basilica 16. quae si. 7. cap. conquerente de officio ordin. Rom. consil. 180. numer. 4. vers. habet enim Episcopus Federi. de Sen. consil. 145. numer. 6. ante fin. vers. Unde si aliquis. Marefcott. var. resolut. cap. 11. numer. 2. & 3. lib. 1. Coccin. decis. 471. numer. 1. Merlin. consil. 152. numer. 1. & 2. Duran. decis. 116. numer. 1. par. 5. recent. & dec. 328. numer. 2. par. 2. divers.

Hanc verò jurisdictionem ubique suae diocesis locorum exequi permittitur Episcopo, à cuius libertate pender sedem in quacunque illius parte constituitur, ad text. expressum in cap. cum Episcopus de officio ordin. & glos. communiter recepta in clem. 1. in verbo aut earum parte de for. compet. In nihilo refragante, quod duae praetenduntur dioceses simul unitae, quia omisso, quod desuper nulla iustificatio affertur, tali casu una censetur, ac jurisdictione pro tota, & individua reputatur quoad Episcopum, qui licet pluribus praesit Ecclesiis, unus tamen Pastor dicitur, atque unus

Prala.

De Jurisdictione Ordinarii in Exemptis Erasmi à Chokier.

Prelatus. Cap. & temporis 16. quæst. 1. cap. 1. ubi glos. in verbo veniendo, ne sede vacante glos. in Clem. 2. in verbo Ecclesiis. Rot. coram Caval. decis. 418. num. 3.

Et ita Episcopus Tirafoxæ residens, in Calatajubentes jus dicere valet exempto Praefidis regimen in alterius provinciae subditos quoque exequitur, eo quia relictio potestatem in alterius provinciae separatæ sint, atque distinctæ. Glos. in 4. cap. ut litigante in verbo statumimus de offi. ordin. in 6. cap. præfenti in verbo finitur de offi. leg. cap. no. ubi Innocent. Hostior. num. 13. Joan. Andr. num. 5. Gamb. de offi. leg. extra provinciam. Bart. in l. fin. C. de Metropolit. Beryt. lib. 11. Jus. in l. fin. num. 9. de iur. iudic. omn. Judic. num. 9. Arcim qui de communibus testatur conf. 136. num. 4. Rot. decis. 517. num. 9. par. 4. tom. 3. recent.

Una cum juris assistentia actuale jurisdictionis exercitium quoque concurrat, quam Episcopi, & Tirafoxæ & alibi commemorantes ab immemorabili tempore in Calatajubentes exercere consueverunt, prout aperte convincitur ex testibus in litis initio receptis coram bon. mem. Achill. de Grassi. Summario Episcopi sine Capitulo num. 8. & clarius demonstratur ex quamplurimis actibus per Episcopos extra Calatajubentes territorii limites residens, exercitis ab anno 1201. & relatis in eodem Summario à num. 10. usque ad 35. & signanter cæteris omnibus, causæ avocatione vigore appellationis interpositæ de rato officiali s Calatajubii, causæ avocatione ab eodem officiali ad Episcopum, relaxatione Mandati contra juratos, & homines de Toralba, nec non alterius mandati contra Vicarium, ac Clericos sancti Petri de Franchis, præcepto in Clerum Calatajubentes, ut synodalibus constitutionibus Tirafoxæ edendis interesset, interdicto Ecclesiæ, Commenda de Villa Longa, recursum habito per eundem Clerum Calatajubensem ad Vicarium Episcopalem Tirafoxæ residentem, pro obtinenda aliqui provisione super modo præcedendi in sanctissimi corporis Domini Nostri Jesu Christi festivitate ad obviandum discordiis, & scandalis orti consuetis, à quo Vicario fuit Clero demandatum, ut ordo anti jus servari solitus, servaretur, detentione Decani Calatajubii in Tirafoxæ carceribus, sententiâ eum condemnante, ejusque acceptatione, & executione, qui quidem actus verè ac contentiosè jurisdictionis possessionem præferunt, quamvis unicus, & minimus sufficiens existimetur ad illius conservationem, Schrader de feud. quæst. 10. s. 20. num. 157. Adden. ad Gregor. decis. 162. num. 11. Rot. in Marsicen. jurisdictionis 18. Februarii & 17. Junii coram. Bon. mem. Bichio in Beneventana jurisdictionis, §. ceteri tamen, vers. isti eum 31. Januarii 1656. & 24. Januarii ejusdem anni, §. quo verò, coram. Reverendiss. Cervo.

Hinc enim omnino insubsticiens visum fuit suppositum Cleri Calatajubentes nempè quod Ecclesiastica jurisdicção olim penes Calatajubensem Archidiaconum, uti ordinatum residere, à cujus sententiis ad Cæsaraugustanum Metropolitanum, non au.



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

non autem ad Episcopum Tirasonensem appellationes admittebantur, & quod deinde Archidiaconatus dignitate æque principaliter unita Ecclesiæ Tirasonen. & episcopus in Calatajubensem jurisdictionem exercere minime consueverit, nisi extendendo intra Archidiaconatus limites.

Nam quod olim Archidiacono jurisdictionis competierit nullibi constat, neque ullus actus jurisdictionalis, quamvis minimus per ipsum exercitus ostenditur, neque nusve allegata unio justificatur; è converso verò Episcopus edocet etiam de anno 1201. Archidiaconum in civitate Tirasonæ sub Episcopali jurisdictione resedisse, ex quo à veritate omninò alienum detegitur, quod de eo tempore Archidiaconum tanquam ordinarius resideret Calatajubii, ac ab illius sententiis appellaretur ad Cæsaraugustanum Metropolitanum, cum Cæsaraugusta non appareat in Metropolitanæ ereccta nisi de anno 1318. & sic longè postquam Archidiaconi residentiam habere solebant Tirasonæ; quinimò suppositum prædictum corruiere visum fuit ex Rotali sententia edita de anno 1436. & in iudicatum transacta, ubi pronunciatum extat. Archidiacono Calatajubii nullam jurisdictionem competere in Calatajubii. *Sum. capituli. num. 6.*

6 His præmissis clata insurgit præsumptio, Archidiaconum nom inari de Calatajubio, non ex eo, quod in Ecclesia Calatajubensi foundationem assumpserit, sed quia introitus ac reditus ad illum spectantes, ibi percipiuntur, eoque magis, cum non appareat unquam Archidiaconatum tanquam dignitatem à Sede Apostolica licui fuisse collatum, quod procul dubio contigisset, uti de aliis dignitatibus Sedi Apostolicæ reservatis, in quocunque mense vacent.

7 Neque Calatajubenses ullum fundamentum constituere possunt super immemorabili, cujus virtute inducitur præsumptio melioris tituli demundo; tum quia excluditur ex recensitis contrariis actibus per Episcopos gestis, quilibet enim actus

8 contrarius immemorabilem interrumpit, etiamsi mille peracti fuerint ad inducendam præscriptionem; imò solus rumor immemorabilem evertere valet, cum ad

9 illius probationem præ cæteris requiratur, quod nihil unquam in contrarium visum, aut auditum fuerit, juxta text. in l. nemo, ubi gl. notat in verbo temporalia in fine ff. de reg. jur. Abb. in cap. ultimo num. 29. de consuet. Soccin. conf. 7. num. 11. lib. 1. Bero. conf. 5. num. 23. eod. lib. 1. Rota in Pampilonen. juris nominandi Vicarium 14. Decembris 1648. §. imò coram Eminentissimo Othob. in Beneventana jurisdictionis 13. Januarii 1653. coram Zarate. Add. ad. Gregor. dec. 298. n. 13. dec. 254. n. 3. dec. 324. n. 13. par. 4. & dec. 432. par. 4. recent. in Palentina decimarum 14. Junii §. quo verò 1656. & in Hispanen. decimarum 26. Januarii 1659. coram Reverend. D. Cerro Decano.

10 Tum etiam, quia testes super examinati de anno 1661. ac currenti, non habent sufficientem ætatem 54. annorum ante motam litem de jure requisitam; necesse siquidem est, quod deponat de visu per quadraginta annos ante litis initium, & ta-

men illorum tenor annos 69. non excedit; lis verò inchoata dignoscitur usque de anno 1550. cap. 1. de præscript. in 6. Seraph. dec. 112. Et dec. 1450. in recent. dec. 73. num. 3. Et dec. 254. n. 1. par. 1. recent. dec. 148. n. 3. Et 4. par. 2. in adduct. Hispanen. decimarum §. quoniam coram Reverend. Cerro.

Ceteri vero examinati de anno 1552. 1605. 1620. nullum probationis gradum constituturè videntur, eo quia lite pendente non citatà parte, & coram iudice Laico recepti fuerit ad executionem impediendam mandati de manutenendo ab hoc iudice Tribunali ad favorem Episcopi. L. si quando §. sed cum oportet. C. de test. l. nemo. C. de decur. lib. 10. Alex. conf. 103. lib. 1. Oldrad. conf. 157. Rot. dec. 146. n. 2. 4. par. 2. divers. coram Buratt. dec. 551. num. 5. coram Zareto; in Bononien. fidei commissi de Vioris 5. Maii 1655. §. parvi quoque Et in Firmana fidei commissi. 27. Maii 1661. coram R. P. D. meo Albergato.

Calatajubensibus minus suffragari valet confessio per Episcopum Yepes missa de anno 1603. longè post introductam litem asserentem contentiosæ jurisdictionis exercitium in Calatajubensibus Episcopo competere, nisi residentiam teneat in territorio Calatajubii. Nam cum de eo tempore iam fuisset tributa manutentio Episcopo super jure exercendi jurisdictionem ubique locorum suæ Diocesis, dicta confessio deditur erronea, ac fundata in partis adversæ in subsistenti supposito, ibi, intendo che la Giurisdizione litigiosa non dovemo, ne potemo esercuarla stando fuori dell' Archidiaconato, ideoque apta non fuit, nec confidenti, nec ejus successoribus nocere. L. non fatetur ff. de confess. 408. n. 5. Decian. conf. 55. num. 29. Menoch. conf. 147. Gregor. dec. 522. num. 14.

Præterquam, quod confessio Episcopi voluntaria, nulloque jure cogente missa nil præjudicii Ecclesiæ, ac successibus valet inferre. Bald. in l. num. 301. de consens. Paris. conf. 74. num. 9. 2. lib. 1. Honed. conf. 60. num. 72. vol. 1. Mascard. de probat. concl. 467. n. 2. 4. Caputag. dec. 198. par. 1. Et dec. 768. n. 5. in fin. par. 2. recent. Ratio verò ea est, ne Episcopis per viam in directam rerum Ecclesiæ permittatur alienatio, quæ directè fieri prohibetur. Castr. con. 74. n. 1. vers. tertio videtur Et lib. 1. Paris. conf. 36. n. 11. lib. 4. Rot. dec. 516. n. 2. par. 1. Et dec. 597. n. 2. par. 4. divers. ac penes Garz. 12. par. cap. 3. n. 7. Otthob. dec. 6. n. 13. Merlin. dec. 147. n. 7. Coccin. dec. 106. n. 8. penes Post. de manus. dec. 238. n. 25. cum aliis relatis in Faventina Parochialis 14. Junii præteriti coram R. P. D. meo Ninot.

Concordiæ, & transactiones inter ipsos, ac Calatajubii Clerum initæ, nullius sunt ponderis; nam ultra quod (excepta illa de anno 1622.) non intervenit Capituli consensus, prout de jure requirebatur. cap. novit. cap. quanto, Et cap. ea noscitur debis, qua fiunt à Pralat. sine consens. cap. Et Rota in Barbinon. Administrationis 17. Martii 1645. coram Reverendiss. Terracinen. Apostolicâ confirmatione minime apparent munitæ, quæ in eis quoque expressè reservata convincitur, neque impe-

impetrata præsumi potest ex triginta annorum cursu, cum versetur circa Ecclesie præjudicialia; ideoque resistat Urbana constitutio in ordine 149. præter quam 17 Jarum observantia non docetur, quinimò inobservatæ præsumuntur ex eorum copia, ac multiplicitate, quæ quidem observantia concurrere deberet cum lapsu triginta annorum: in quibus temporis vita transigentis non comprehenditur. *Rota dec. 27. n. 18. par. 3. tom. 1. recent.*

Episcopis autem licere jurisdictionem in Calatajubenses exequi potest, vel Vicarium foraneum, indubitati est juris; neque cogi potest ad deputandum Vicarium generalem, cujus constitutio est in merito Episcopi arbitrio. *Cap. cum Episc. 11. coram Cavall. Put. dec. 45. n. 1. lib. 2. Mohed. dec. 4. num. 1. de offic. Vicar. Rota dec. 222. num. 5. par. 2. Seraph. dec. 74. in fin. Rota dec. 537. numer. 8. par. 4. tom. 3. recent.*

inducta neque censetur in Episcopo obligatio deputandi Vicarium Generalem eo, quia olim illos deputare consueverit, nam omisso, quod duæ primæ deputationes loquuntur de Vicario foraneo, prout etiam comprehenditur ex eo, quod de anno 1378. Episcopus Tirasoen, alteri iudici commisit causam appellatam, alteram causam ad se ipsum advocavit; hoc enim Episcopo non fuisse permissum, si decretum à Vicario Generali emanasset, à quo ad Episcopum appellari prohibetur. *Cap. 2. de consuet. in 6. Sbroz. de offic. Vicar. quest. 23. num. 2. & seqq. Gra. cap. 655. num. 58. Cavall. dec. 418. num. 4.*

Aliæ verò subsequentes deputationes, quicquid sit, an revera sint de Vicariis Generalibus, vel ad solam causarum universitatem, nullum jus Calatajubensibus tribuere potuerunt, cum in actibus facultatis cadere nequeat præscriptio, quæ liberam Episcopi facultatem restringat. *C. 2. §. deinde Marcellus, & l. si in fund. ff. de aqu. plu. ar. cen. glof. in l. qui luminibus ff. de servit. Urban. præd. Dec. consil. 8. num. 4. Rot. dec. 778. num. 5. par. 1. divers. dec. 556. num. 4. par. 2. recent. & coram Achill. in hac causa dec. 306. par. 1. adeò ut nec manutentibilis possessio admittatur, præsertim ad favorem subditi contra Dominum, non obstante quovis temporis lapsu. Etiam immemorabilis in cap. cum Ecclesia Suerina ubi Ripa num. 43. & seqq. de caus. poss. l. qui luminibus n. 2. vers. sed tamen ff. de servit. Urban. præd. Seraphin. dec. 1086. n. 1. Rot. que annos ad alterius Molendinum ire consuevit. *Surd. post alios consil. 127. num. 82. in fin.**

Nec adversatur, quod in actibus quoque facultatis cadat præscriptio, dummodo prohibitio seu contradictio concurrat cum subsequuta acquiescentia. *Castr. in l. qui luminibus n. 2. vers. sed tamen ff. de servit. Urban. præd. Seraphin. dec. 1086. n. 1. Rot. dec. 530. n. 2. & 3. par. 2. recent.*

Nam oppositiones, & contradictiones relatæ in summ. Calatajubensium à  
num. 23. ad 25. emanarunt post lris introductionem, ac mandati Rotalis relaxa-  
tionem, ad cujus executioni resistendum, fidem recursum habuerunt ad tribunal  
politice Aragonum, ab eoque firmam executionis impedivam obtinuerunt, præ  
senti timore Episcopi acquiescere coacti fuere *Summ. capituli n. 37.* idè que ex tali  
acquiescentia nulla præscriptio adversus Ecclesiam, & successores induci potuit,  
quibus Prælatorum negligentia præjudicare minimè valeat ex deductis.

Denique non obest, quod Episcopus, ex quadam æquitate eligere teneatur lo-  
cum, qui minus incommodum Diocæsanis inferat, proindeque cum ab Archidia-  
conatu Calatajubii ad civitatem Tiraſonæ detur considerabilis distantia, ac præter  
mineri longitudinem transire quoque oporteat per loca minus difficilia, aspera, 25  
& montuosa, quinimò per aliarum Diocæsum castra saltem cogi debeat Episco-  
pus ad constituendum ibi Vicarium Generalem. *Navarr. consil. 2. numer. 2. ad med.*  
*pp. Frano. in cap. cum Episcopus de offic. ordin. in 6. Rota divers. dec. 297. num. 11. & 8.*  
*par. 2.*

Nam quidquid sit; an hæc sit causa sufficiens ad obligandum Episcopum,  
ut deputet Vicarium Generalem, contrarium convincitur ex testibus examinatis pro  
parte Capituli asserentibus à Territorio Calatajubii ad civitatem Tiraſonensem da-  
ri commodum iter ac continuatum per loca Diocæsis absque necessitate transeundi 26  
per alias Diocæses, hocque commodè intra unam diem posse expleri, etiam in  
lectica permeare oporteat, undè eensuerunt Domini, satis consultum fore Calata-  
jubensibus ex Vicarii forane deputatione.

Cætera objecta pro Calatajubensium parte excitata ad impugnandam sen-  
tentia justitiam sublata remanent ex prædictis, aliisque rationibus per Dominos ex-  
adverto scribentes deductis.

De validitate verò Domini non dubitatur, quamvis citatio exequuta non  
fuerit contra singulos interesse habentes, sed duntaxat in Clerum, ac nonnullos ci-  
ves Calatajubii. Eximè etenim sententia nullitatis vicio obnoxia minimè remansit,  
nam quotiescunque plures habent interesse in causa, unus autem primariò, & prin-  
cipaliter, alter verò secundariò, & consequitivè, prout nunc considerantur a-  
liæ universitates de Calatajubio, cum dubitari nequeat, quin residentia Vicarii  
Generalis in Calatajubii loco principaliter influeret in splendorem, & honorifi-  
centiam ipsiusmet loci Cleri, ac civium; secundariò verò respiceret aliorum sub-  
ditorum quandam commoditatem, cum ipsi tali casu non releventur ab obligatio-  
ne adeundi judicem exera proprias domos, tunc pro sententia validitate suffraga-  
tur solacitatio in illum, ad quem principaliter defensio spectare dicitur. *Glof.*  
*communiter recepta in l. de unoquoque in verbo quos causa ff. de re judic. Alex.*  
*consil.*



28 *confil. 86. numer. 3. lib. 2. Vant. de nulli. ex defect. citat. numer. 19. Corv. prout. cap. 3. numer. 6. & 7. Tiraguel. de nobil. cap. 37. num. 5. Peregr. de fidei comm. art. 5. Rot. decif. 436. num. 7. & 8. par. 9. recent. in Romana Cambii inter eius imptre. 436. num. 5. confirmata 8. Martii 1652. S. necceffant coram Reverendiff. Cerro. Decif. 118. lit. a. par. 1. recent. Mistrill. decif. 114. num. 27. Rota decif. 241. in princ. par. 2. recent. in eadem sententia condemnantis personam non vocatam, quæ licet non citatos citari nequeat, sustinetur tamen respectu vocatorum. Merlin. dec. 345. in princ. coram R. P. D. meo Taia fuerunt gesta, tollitur ex eo, quod hoc non processit culpa agentium pro Episcopo sive Capitulo Tirafonensi, sed ex mera incuria, & inadvertentia Notarii, cui integra transportatio fuerat expressè commissa, pro ipsemet fateatur, error enim Notarii parti obesse non debet, qui iustam ac probabilem crudelitatem habere potuit de integra actorum transportazione. L. sibi Decif. de reg. jur. glos. fin. in fl. ultima. C. de fidei iuss. Achill. decif. x. num. 27. de jura. Rota in puncto decif. 119. sub numer. 2. & 3. par. 3. recent. Coccin. decif. 273. in princ. 10.*

Prout correre quoque videtur nullitas, quæ deducitur ex defectu jurisdictionis, & sub fundamento, quod nova causa commissio in Rota non comprehendat omnes litis consortes in prima nominatos, & contra quos olim facta directa petitio ac introducta lis, nam respondetur, quod ea non erat necessitas ad tribuendam tribunalii jurisdictionem, cum satis esset prima commissio ad litem prosecutionem, cujus virtus non censetur expirasse per mortem, sive amotionem auctoris, cui causa reperiebatur commissi, cum successor absque alia facultate curiam sui prædecessoris reassumere valeat, Rotæ enim auditorium dicitur respectu omnium unum tribunal, ac eadem omnium jurisdictione, ut aliàs respondit Rota in Senaten. fendi. 3. Julii 1641. coram bon. mem. Perovano, Burati. decif. 818. num. 2. Greg. decif. 367. n. 3. cum aliis allegatis in Romana fidei commissi de incoronatis 22. Martii 1644. coram bon. mem. Dunozeito, ideoque nova cause commissio ex abundantia, quamvis nulliter impetrata fuisset, non operaretur sententiæ nullitatem. Apost. ad Rom. consil. 497. num. 6 & 7. in vers. non vivat. Rota decif. 36. num. 56. & seq. par. 5. recent. quæ tamen nullitas cessat, attendita illa clausula in commissione adjecta, videlicet cum omnibus facultatibus in aliis commissionibus in actis præsentatis contentis.

Et ita utraque parte accerrimè informate fuit resolutum in secunda cause propositione.